dicam tamen quod sentio. Primo quidem de
gradibus vite tue, iam adolescentia, deinde
de secularibus rebus sancte et prudenter
per te gestis, tum de spiritualibus pie et
devote administratis, postremo ad sedandam
animositatem atque adhuc rebellem aliam
ingressus in medio inferre asserere conabor.

Commendatio Ytalie

Primo quidem Ytalia que ut patet aliarum
nationum decus sit et celi benignitate
et loci opportunitate et rerum bonarum fe-
cunditate et hominum prudentia et armorum
gloria ceteris aliis nationibus antecellit
tibi generationis principium dedit. rebusque
dispositione et natura sua influentie
celorum et siderum prestantissimum indidit
et tuo regio sanguini qui sua natura
excellens erat summam prudentie iustitie
magnanimitatis benivolentie mansuetu-
dinis ac [struck] clementie ubertatis
inseruit. Ex quo effectum est ut cum
etatis incrementa assecutus esses. Nam

[…]o fuit

cum adolescens increscens annorum maior
viro et rege dignus ut te laboribus
assuefaceres et corpus tuum exercitatione

Commendatio quod corpore suo robusto.
ut de venatorum

robustius efficeres ac magnitudini animi tui
respondere posset et non indignam venatoribus
operam dedisti. apri sive aliarum ferarum audiendum
animo referendas, que exercitationis verorum
certaminum simulacrum est. ut qui ferarum
rabiem non timet. in ipso prelio etiam
intrepide in hostes impetum facere audeat.
Quorsum igitur quousque dicam tam multa
deveniamus quoniam hic locus toto principio.